



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Historica Relatio De Potentissimi Regis Mogor**

**Peruschi, Giambattista**

**Mogvntiae, 1598**

**VD16 P 1672**

Exemplvm Epistolæ P. Hieronymi Sciavier. Datæ ad P. Generalem  
Societatis Iesv. M. R. In Christo Pater N. Pax Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65012)

stem. Dum per Cambaiam incederem, videbar mihi ire per Eboram in Lusitania, tot viri, foeminae, pueri nobis occurrebant, & oculorum nutu, ac etiam verbis summa benevolentiae signa ostendebant. Omnis eorum sermo erat. Patres, Patres. Ecce hic Patres. Verè dum hæc scriberem, lacrymæ cursum scribendi inhibuerunt. Nescio quid DEVS velit; ordinet ipse quod optimum suæ diuinæ voluntati videbitur. Hæc fuerunt præludia, quæ Cambaiæ magno Regi Mogor subiectæ Dominus DEVS statim in ipso ostio regionum istius Missionis communicare voluit: quæ fuerunt præfagia manifesta eorum quæ postea in aula experti sumus. Quarto die Nouembris, hoc est nudius tertius aduenit Armenus quidam cum litteris P. Schiauiæ & Emmanuelis Pineri, quibus nunciabatur eos iam incolumes, peruenisse Lahor ad aulam Mogor, quibus adiunctæ erant hæc ad V. P.

---

## EXEMPLVM EPISTOLÆ

P. HIERONYMI SCIA-  
VIER.

*Data ad P. Generalem Societatis  
IESV.*

M. R. IN CHRISTO PATER N.  
PAX CHRISTI.



OA ad V. P. scripsi, quemadmodum à sancta obedientia amandatus sim ad aulam Magni MOGOR, & quanto animi sensu

## HISTORICA RELATIO,

sensu & voluntate iter aggressi sumus. Quinque  
 mensium spatio, eo peruenimus, licet Goa duo-  
 rum tantum mensium itinere hinc abesset. Du-  
 centas triginta leucas terra, idq; semper per eius  
 ditiones, confecimus. Magno honore & beneuo-  
 lentia palam aduentum nostrum excepit, & quo-  
 eunq; loco nos videt, similiter facit, sibiq; proxi-  
 mè inter magnos suos Dominos vult versari.  
 Hactenus pauca nobiscum egit de totius rei sum-  
 ma, nihil autem de lege. Sæpenuerò magno af-  
 fectu nos admonet, vt linguam addiscamus, vt si-  
 ne interprete nobiscū agere possit de rebus suæ  
 salutis. Et semel curauit nobis indicari, per quē-  
 dam suum intimum, quo duce vtitur in rebus ad  
 legem pertinētibus, si Persicam linguam tenere-  
 mus, magnum nodum, quo ligatus esset, dissolu-  
 tum iri. Ad res spectantes ad legem Christianam,  
 declarat Rex se bene esse affectum. Habet quas-  
 dam imagines Christi Domini nostri, & Beatiss.  
 Virginis valde nobiles, easq; ex optimis quæ so-  
 lent ex Europa adferri; ac decenter & reueren-  
 ter eas conseruat. Magna voluptate sua conueiit  
 eas alijs ostendere, multo tempore brachijs suis  
 sustinendo, vsque ad fatigationem, quia magnæ  
 sunt. Quodam die venit ad nostrū festum, & cum  
 diceremus Litanias, ille instar Christiani Regis  
 flexis poplitibus, manibusq; iunctis aderat: Non  
 exiguam temporis partem tum consumpsit spec-  
 tandis & considerandis nostris imaginibus, qua-  
 rebatque de eorum mysterijs. Mense Augusto in  
 festo Assumptionis D. Virginis commodato no-  
 bis dedit suas imagines, cum vix verbulo eas pe-  
 tiuissemus, deinde pretiosissimos pannos aureos  
& sericos

& sericos, quibus ipsius ministri facellum elegantissimè exornarunt. demonstravitque Rex se admodum erga Beatiss. Virginem affectum, sicut re vera affectus est, & magno eam amore profequitur. Idem dico de Principe, qui grauiter succensuit Manro duci nostro, quod nullam Deiparæ effigiem sibi attulisset; cumque cuidam alteri commendaret, vt res quasdam sibi omninò coemeret, id præcipuè imperauit ne omitteret nobilem aliquam Imaginem Domine nostræ secum adferre. & quia nobiscū venerat quidā pictor Lufitanus, primo loco, voluit sibi imaginē B. Virginis depingi ex quadā grandi imaginē, quā nos attuleramus. Similiter, quoniā eo die, quo venerat cum Rege Patre suo in nostrum facellum viderat puerulū Iesum, & vnā effigiem crucifixi, statim voluit similes sibi fingi ex ebore à suis artificib⁹. Princeps hic annū agit circiter trigessimū, & magnū erga nos amorem ostendit, ac quicquid à Rege postulamus, id faciliè impetrat. Primo die quo eū allocuti sumus, omnia necessaria promisit ad excitandam Ecclesiam, egitq; cum Rege, vt locum pro ea fabricanda designaret: & nunc, quia hys est, facta eiusdem rei mentione, idem confirmavit, addiditq; se acturum cum Patre suo, vt statim certos homines constitueret qui rem exquerentur. Rex facultatem dedit, vt in Ecclesiam Christi, quotquot vellent, aggregaremus. Mahumetum prorsus exterminavit, propendet in superstitionem gentilitiam adorans DEVM & Solem. Prophetam se venditat, indicatque se facere miracula aqua suorum pedum curando agros. Multæ mulieres illi vota faciunt, vt

ve-

## HISTORICA RELATIO

vel filij eorum sanitati restituantur, vel vt eius beneficio suscipiant liberos: & si forte contingat eos sanari, offerunt illi sua votiuâ munera, eaq; ille, quantumuis exigua, libentissimè ab eis recipit. Nomen gentilium apud eum in magna gratia est, vt mirum sit Mauros eum posse diutius tolerare. Princeps quoq; ridet Mahumetum. Omnis labor noster nunc est in perdiscenda lingua Persica, & vt progressus promittit, opitulante diuina gratia, confidimus nos eam ante exitum anni vnus deuoratuos, & tunc dicere poterimus, nos esse in Lahor. Hactenus enim sumus velut statuæ mutæ. Respiciat misericors Deus non in peccata nostra, sed in pretium quo animas illas redemit, & det eam vim & efficaciam loquendi linguis nostris, vt tangamus corda eorum, eumq; fructum laboribus nostris colligamus, quem V. P. totaq; Societas expectat. Quamobrem plurimum nos cupimus commendatos iancæ benedictioni, sacrosanctis sacrificijs & orationibus P. V. Ex hac aula Lahor 20. Augusti. Anno 1595.

SI V. P. mitteret pulchram aliquam & magnam D. Virginis imaginem, vel Natiuitatis ad hunc Regem, & ad Principem, magno amore & beneuolentia reciperent. Nobis quoque optaremus mitti aliquas paruulas, pro quibusdam Christianis, qui magno affectu eas expetunt; & quasdam ex alijs.

V. P. Filius in Christo

Hieronimus Scianier.

EXEM